

Epistola ad Lignitrad. t
fulda zu Halle Jan. 1835.

24

~~14~~

[Faint, mostly illegible handwritten text in a rectangular frame]

[Faint, mostly illegible handwritten text in a rectangular frame]

HELMESTAD I,

[Small handwritten text]



Viro pl. Reverendo, Clarissimo, Doctissimo

DN. M. IOANNI FORTVMANNO P. L.
REVEREND. MINIST. IN COMITAT. WERNIGROD.
SENIORI ET SUPERINTENDENTI

Mæcenati, susceptori & promotori suo singulari observantia
genere prosequendo

felix ineuntis c17 13 c XLVII anni auspiciis, feliciorum successum, felicissimum exitum

PRECATOR

MICHAEL SCHNEIDEVVINVS, QVENSTAD' HALBERSTADENSIS
OPT. ART. CVLTOR.



ORTVMANNE, Dei præco, magnūmq; me-
arum

Præsidium atq; decus rerum, quia carmi-
ne gaudes,

Exiguū conor parvus tibi condere carmē.

Sed me nascentem non blando lumine vidit

Melpomene; quin & nuper mea verba precantis

Auribus occlusis spernens, sic ore locuta est:

Si facis, infelix, generoso carmina vati,

In segetes spicas, & in aquora proiicis undas:

Nam satis est celebris cithara, venaq; potenti,

Versibus emeruit iam dudum laureaserta.

Sic ait. At quamvis desit mihi vena benigna

Ingenii, tamen experiar, quid ferre recusent,

Quid valeant humeri: non aspernaberis ausus.

Quod felix, faustumq; fiet, duodena per astra

Fam Phæbus transegit iter, mundūq; reduxit

Annifesta novi, quibus anxia corda relinquit

Tristitia, atq; hilarant mæstos nova gaudia vultus,

Quod faustum, felixq; fiet, tibi nascitur atas

Grandior, & sensim in senium labentibus annis

Grandior accrescit capiti reverentia cano.

Sed simul accrescunt cum sera atate labores:

Ergo concipio pro te nunc vota precēsq;

Romulida fortes, genus alto a sanguine Teucris,

Consuevere olim Iani celebrare Calendas:

Et quia principiis credebant omen inesse,

Quisq; suas artes tunc delibabat agendo,

Tempora tradentes nascentia rebus agendis.

Sic ego Musarum ingenti percussus amore

Delibare artes Musarum hac luce laboro,

Et tibi Musarum fautori pangere versus.

Idem lata suis dicebant verba Calendis,

Alternas dandūq; preces, atq; accipiendū:

Sic quoq; conabor nunc iam bona dicere verba,

Proq; tua & patriæ pia fundere vota salute.

Rari quippe hodie, studiis operata iuventus

Quæis cura cordiq; fiet, rursusq; videtur

Horrida barbaries, iam dudum pulsa, redire,

Nec vetus Aonidum stat honos, & gratia vivax.

At tu, cui meliora luto præcordia Titan

Finxit, dum sospes vivisq; morabere terris,

Pierii catus fidus diceris amator.

Cūmq; tuum pectus cultum sit rite per artes,

Affectu pronoperges complectier omnes,

Quos iuvat ingenuas didicisse fideliter artes;

Ipse tuum deinceps potero sperare favorem,

Auxiliūq; tuo fretus velocius illam,

Quam specto, optatam vitæ contingere metam.

Ergo mihi ut possis posthac prodesse clienti,

Ore animūq; precor plures, FELICITER, annos

Atq; recurrentes post sæpius hæc Calendas

Ducas, & serus redeas ad limina cæli:

Gestiat interea te oracula sancta docentem,

Monstrantemq; viam superum quæ ducit ad arcem

Audire Hercynii fortis gens accola saltus,

Quam blandus regit imperiis, & legibus æquis

Wernigrodeni celsa moderatur ab arce

ERNESTVS, Comitum quo non moderatior alter,

Nec probior quisquam, nec pacis amantior. O si

Nunc tandem patria redeat pax aurea terra!

O sperata diu redeat pax! nam sat Erynnis

Sanguinis & misera fecit dispendia gentis:

Et stragem iam terra stupet. Sic oderit arma,

Et rabiem Bellona suam: sic mitia tandem

Secla renascantur convulsis Teutonis oris,

Atq; reviviscat doctrina gloria prisca.

Hæc sunt, MÆCENAS, quæ me florentis ad Elmi

Valles iussit amore Tui, patriæq; fideli

Exoriens tenui modulari carmine fanus.

Tu cape fronte hilari solemnia vota clientis,

Quæis cæli Rector pondus dignetur inesse.

HELMÆSTAD I,

Tuis HENNING MULLER

[Faint handwritten text, likely a letter or document header]

[Faint handwritten text, likely a letter or document header]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

[Faint handwritten text]

24 14

[Faint handwritten text below the seal]

[Faint handwritten text below the seal]

OR. T. V. K. T. G. A. I. L. O. R.
M. H. E. R. S. T. A. D. N. H. A. R. T. S. T. A. D. E. N. S. I. S.

[Faint handwritten text]

REVEREND. MINIST. IN COMITAT. MERINGOROD.
DNI MILOJAN MIKOLAJEVIC
L. M. B. K. G. S. T. A. D. N. H. A. R. T. S. T. A. D. E. N. S. I. S.




Handwritten text in a medieval script, likely Latin, on the left page of the manuscript. The text is arranged in several lines and appears to be a continuation of a letter or a formal document.

Handwritten text in a medieval script, likely Latin, on the right page of the manuscript. The text is arranged in several lines and appears to be a continuation of a letter or a formal document.



4/c 37

VD17





Nec deus innotuit sum bonus, & gratia creata.
At tu, cui meliora luto precordia Titan
Finxit, dum sospes vivisq; morabere terris,
Pierii catus fidus diceris amator.
Cumq; tuum pectus cultum sit rite per artes,
Affectu pronoperges complectier omnes,
Quos iuvat ingenuas didicisse fideliter artes;
Ipse tuum deinceps potero sperare favorem,
Auxilioq; tuo fretus velocius illam,
Quam specto, optatam vitæ contingere metam.
Ergo mihi ut possis posthac prodesse clienti,
Ore animoq; precor plures, FELICITER, annos
Atq; recurrentes post sæpius hasce Calendas
Ducas, & serus redeas ad limina celi:
Gestiat interea te oracula sancta docentem,
Monstrantemq; viam superum qua ducit ad arcem
Audire Hercynii fortis gens accola saltus,
Quam blandis regit imperiis, & legibus æquis
Vernigrodensi celsa moderatur ab arce
ERNESTVS, Comitum quo non moderatior alter,
Nec probior quisquam, nec pacis amantior. O si
Nunc tandem patria redeat pax aurea terra!
O sperata diu redeat pax! nam sat Erynnis
Sanguinis & misera fecit dispendia gentis:
Et stragem iam terra stupet. Sic oderit arma,
Et rabiem Bellona suam: sic mitia tandem
Secla renascantur convulsis Teutonis oris,
Atq; reviviscat doctrina gloria prisca.
Hæc sunt, MAECENAS, quæ me florentis ad Elmi
Valles iussit amore Tui, patriaq; fideli
Exoriens tenui modulari carmine Fanus.
Tu cape fronte hilari solemnia vota clientis,
Quæis cæli Rector pondus dignetur inesse.